Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

xxxiij.

pastor uisitat gregem
suum in die quando fuerit
in medio ouium suarum
dissipatarum; sic uisitabo
oues meas; et liberabo
eas de omnibus locis in quibus
dispersae fuerant in die nu
bis et caligis. Et educam
eas de populis; et congregabo
eas de terris. Et inducam
eas in terram suam; et pascam
eas in montibus israel, in ri
uis et in cunctis sedibus
terre. In pascuis uberrimis
pascam eas; et in montibus
israel erunt pascue earum.
Ibi requiescent in montibus et
in uberibus uirentibus; et in
pascuis pinguibus pascentur
super montes israel. Ego pascam
oues meas; et eas accu
bare faciam dicit dominus.
Quod perierat requiram; et
quod abiectum fuerit reducam,
et quod confractum erat alli
gabo, et quod infirmum fuerit
consolidabo, et quod pingue
et forte custodiam. Et pascam
eas in iudicio et iustitia;

dicit dominus omnipotens. GR.
Protector noster aspice deus
et respice super seruos tuos. V.
Oremus. Deus cui omne uiuum exaudi preces
seruorum tuorum. tract. Domine non secundum
nostra delicta. d. t. d. s. Cum
uenerit filius hominis in
maiestate sua et omnes
angeli eius cum eo; tunc
sedebit super sedem maiesta
tis suae, et congregabuntur
ante eum omnes gentes,
et separabit eos ab invicem
sicut pastor segregat
oues ab edis. Et statuet
oues quidem a dextris suis;
edos autem a sinistris. Tunc
dicet rex his qui a dextris
eius erunt. Venite bene
dicti patris mei; possidete
paratum uobis regnum a con
stitutione mundi. Esurui
et dedistis mihi manducare,
sitiui et dedistis mihi
bibere. Hospes eram et col
legistis me; nudus et
operuistis me, infirmus
et uisitastis me. In car
cere eram et uenistis ad me.